

www.e-rara.ch

Explanatio Vetervm Sanctorum Patrum

Oecumenius

Venetis, M D LVI

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-137749>

Ex commentariis divi Ioannis Chrysostomi in Matthaeum de sacrarum scriptorum lectione.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

EX COMMENTARIIS
 DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
 IN MATTHAEVM DE SACRA
 RVM SCRIPTVRARVM
 LECTIONE.



Ebebamus quidē nos neq; ulla
 scripturarū ope indigere, sed ita
 puritate uite pręstare, ut spūs
 gratia animis nostris uicē libro
 rū expleret: ut sicut libri attra
 mento, ita corda nostra spiritu essent inscripta.
 Quoniam uero gratiam hanc repudiauimus,
 age uel secundam nauigationē amplectamur.
 Nam prius illud longe melius fuisse ex ijs que
 & dixit & fecit Deus, nobis manifestauit. Cū
 Noe enī et Abrahā et filijs eius, et Iob, et Moy
 se non per literas, sed ipse, cū purū eorum ani
 mum inuenisset, cor am loquebatur Deus. Vbi
 autem in fundum improbitatis totus hebręorū
 populus fuisset delapsus, postmodum literę &
 tabule, ut per eas commonerentur, necessarię
 euaserūt. Atq; hoc sanctis contigisse non in ue
 tere tantū testamento, sed in nouo quoq; uidere
 uniusquisq; pōt. Neq; enim Apostolis scriptum
 quicpiam dedit Deus, sed loco literarum spiri
 tus gratiam daturū se esse promisit. Ille enim
 inquit, cōmemorabit uobis oīa. Vtq; hoc mul
 to melius fuisse intelligas, audi quid per prophe
 tam dicat: Instituiam, inquit, uobis testamētū

Gen. 6. b
 Gen. 17. a
 Iob. 38. a

Exo. 3. a
 Exo. 20. a
 Exo. 34. a

Ioā. 14. d

Hier. 31. l

2. Cor. 3. a

nouum, dans leges meas in animum uestrum, & in corda uestra scribam ipsas, et erunt omnes dociles Deo. Vnde Paulus excellentiā hanc significans se non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis legem accepisse dicebat. Sed cū tempore procedente alij dogmatibus, alij uita et moribus exorbitassent, rursus literarum com-
 monitione opus fuit. Considera igitur quantum malum sit, si nos qui ita pure uiuere deb-
 bamus, ut ne scripturis quidem ullis indigere-
 mus, sed loco librorum corda nostra spiritui in-
 scribenda exhiberemus: ubi prestantiam eam
 amissimus, & literarum adiuuēto indiguimus,
 secundo remedio opportune uti non uelimus.
 nam si crimen est q̄ eò relapsi simus, ut literarū
 auxilio indiguerimus, & gratiam spiritus non
 seruauerimus: quanta accusatione digni censen-
 di sumus, si ex oblato nobis hoc adiuuēto uti-
 litatem consequi recusemus, & quasi frustra no-
 bis datas literas negligamus: in maiorem sane
 p̄nam incidereimus. Quod ne nobis contin-
 gat, diligenter quęso scripturis attendamus: &
 consideremus, quo pacto uetus lex fuerit tradi-
 ta, & quo pacto nouum testamentum institu-
 tum. Quo modo igitur, & quando, & ubi data
 illa lex fuit: Post Aegyptiorū perniciem in de-
 serto, in mōte Sina, cum ex eo & fumus et ignis
 exiret, cum tubę sonitu, et tonitruis, et fulgurū
 bus cum in ipsam caliginē penetrasset Moyses.
 In nouo autem testamento non ita, neq; in de-
 serto, neq; in monte, neq; cum fumo & tenebris
 & caligine & procella, sed principia diei in do-

Exo. 19. a

Act. 2 a

mo oībus confidentibus multa cum quiete effe-
 cta omnia sunt. quippe cum illis q̄ rudiores ad-
 huc erant & intractabiliores, corporali quadā
 specie opus fuerit, deserti uidelicet, mōtis, fumi,
 sonitus tubę, aliorumq; similitū: sublimiores ue-
 ro & obtemperantiores: qui corporum sensum
 transcenderant, nulla huiusmodi re indigerent.
 Nam licet in ipsis sonitus etiam quidam conti-
 gerit, id nō ob Apostolos, sed ob Iudęos qui ade-
 rant, euenit, quorum etiam causa linguę quasi
 ignis apparuerunt. Si enim etiam post hæc si-
 gna musto esse plenos Apostolos dixerunt, mul-
 to magis si nihil eorum uidissent, fuissent dictu-
 ri. Atq; in ueteri quidem testamento cum ascē-
 disse Moyse, ita Deus descendit. Hic natura
 nostra in cœlum, immo in solium regale subdu-
 cta spiritus descēdit. Si autem spiritus esset mi-
 nor, quę facta ab ipso sunt, maiora atq; admi-
 rabilia nullo pacto essent. Nam sicut tabu-
 lę hęc cordis multo meliores, ita facta multo fue-
 runt splendidiora. Non enim e monte descen-
 derūt Apostoli, sicut Moyse, lapideas tabulas
 in manibus gestantes: sed spiritum in animo cir-
 cunferentes, & thesaurum quendam & fontem
 dogmatum & gratiarum & honorum omnium
 scatentem aperientes atq; effunderes cum libri
 ipsi essent per gratiam ac leges animatę, quo-
 cunq; discurrebant. Ita tria milia hominum,
 ita quinq; milia, ita totius orbis populos attra-
 xerunt, cum Deus per eorum linguam omnes
 accedentes alloqueretur.

Act. 2. 3

Exo. 19. 2.

Exo. 19. 4

Act. 1. 8.